



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 18. Dictum elegans 10. Antonij Lucatelli Episcopi Venusini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

S. Hieronymus verba, quibus vsus erat Iouinianus, ridens, ita scripserat: *Rogo, qua sunt hec portenta venurum? quodve scriptiois dedecus? Nonne vel febrem somnare eum putes, vel arreptum morbo phrenetico, Hippocrati vinculis alligandum?* respiciens videlicet ad ea vincula de quibus Hippocrates *ὅτι τῶν κατ' ἰντζείων*. At ista, quae argumentis fortissimis roborata sunt, vel scripturum testimoniis, ea tradunt ab Hieronymo et ceteris vinculis Hippocratis alligata. Quod si quis obstinate defendere audeat, ipsemet vinculis Hippocratis alligandus esse videatur. Sed hæc hydra quædam est, quæ plura capita amputaueris, plura succrescunt.

Dictum elegans Io. Antonij Lucatelli episcopi Venusini. CAP. XVIII.

VERE & grauiter dicere solitum memini Io. Antonium Lucatellum, & virum & philosophum optimum, qui postea episcopus Venusinus fuit, tunc autem in familia magni illius Hippolyti Cardinalis Ferrariensis mecum amicissimè coniunctissimèq; vivebat, quod Socrates in cibo ac potu faciendum esse monuisset, id contrà fieri oportere in iis quibus animus aleretur. Etenim apud Xenophontem Socrates eos cibos summo studio vitandos esse dicit, quibus etiam, qui non esuriunt, ad edendum prouocantur: & eos potus, qui etiam non sitientem adducunt, ut bibat. Contrà autem ij sermones vtilissimi sunt, atque omni studio consecrandi, qui in animis languentibus excitant cognitionis & scientiæ cupiditatem.

Emendatus Plauti locus è Bacchidibus.

CAPVT XIX.

DEMVS aliquid istis, qui Plautum alieno labore emédare cupiunt, quod, cum libuerit, ut solent,